

13

I. N. 7.

EXERCITIUM ACADEMICUM  
EXHIBENS  
MODESTAM  
**EMENDATIONEM**  
**QUORUNDAM**  
**LOCORUM**

Versionis Sacri Codicis Svecanæ,  
Cujus PARTEM PRIOREM,  
Consentiente Ampliss. Senat. Philosoph. in Reg. Acad.  
Aboënsi,

P R Ä S I D E  
VIRO MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO,

D: NO **I S A A C O**  
**R O S S,**

L. L. O. O. PROFESS. REG. & ORD.

NEC NON

FAC. PHIL. H. T. DECANO Max. Spe&t.

*Publico bonorum examini submittit*

MAGNUS N. RYDHOLM

W. G.

Die I. Martii Anni MDCCCLX.

L. H. Q. S.

---

ABOÆ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc,  
Finland. JACOB MERCKELL,

*Admodum Reverendo atque Praeclarissimo Viro,*  
**Dn. Mag. JOH. WENNERGREN,**  
Pastori & Präposito in Lefverne Adcuratissimo.

*Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo Viro,*  
**Dn. NICOLAO HWALSTROEM,**  
Pastori in Mellby Meritissimo.

*Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo Viro,*  
**Dn. PETRO BODHOLM,**  
Pastori in Ryda Meritissimo.

*Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo Viro,*  
**Dn. Mag. MAGNO WARELIO,**  
Pastori in Tengenhed laudatissimo.


*Perquam Reverendo atque Doctissimo Viro,*  
**Dn. MATTHIÆ RHYDHOLM,**  
Coministro in Rhåda Vigilantissimo, Fratri dilectissimo,  
honoratissimo.

**I**N signum grati animi ob plurima sibi col-  
lata beneficia levissimas has pagellas cum  
serio voto omnigenæ felicitatis, dat, dicat,  
dedicat

*Admodum & Plurimum Reverendorum atque Praecla-  
rissimorum*

**NOMINUM VESTRORUM**

*Cultor observantissimus,*  
**MAGNUS N. RYDHOLM.**



Locus I. Gen. I: 6.

**T**extus Originalis: וְרָקִיעַ תֹּהֶن חָצֵב  
Versio Svecana: Warde et fäste emel-  
lan watnen: Nostra Emendatio: Blifwe  
en tunn utbredd rynd emellan watnen.  
Vindicatio: Blifwe magis est Svecanum, quam war-  
de / utpote quod Germanismum sapere videtur.  
yp̄i est ex yp̄ expandit & expandendo attenuavit,  
adeoque sua natura spatum notat expansum, ex-  
tensem. Cum vero extensem vel vacuum vel ple-  
num concipere liceat, neque illud, sed hoc in cœ-  
lum quadret, recte additur, præsertim cum tenui-  
tatis notio ipsi radici involvatur, alterum adjecti-  
vum tunn/ quo nempe ipsum extensem ad certum  
genus determinatur. Hoc autem eo magis vide-  
tur necessarium, quod pleni etiam extensi duæ  
sint species, altera, qua rebus duris & solidis, al-  
tera, qua raris & fluidis impletur spatum. Ipsum  
vero cœlum esse corpus non solidum, sed fluidum,  
hodie extra controversiam posuerunt Philosophi.  
De infima cœli regione, quin hoc recte adsimile-

## Locus III. Gen. III: 1.

אָתָּה כִּי אָמַר אֲלֵיכֶם לֹא תֹאכְלוּ מִכְלֵל וְV. S. Ja/ skulle GUD hafwa sagdt: I skolen ikke åta af alkchanda trå i lustigården? N. E. Skule le GUD hafwa sagdt: I skolen intet åta af något trå i lustgården? Hoc modo verius verti putamus insidiotam quæstionem callidissimi serpentis. Ratio est in promtu. Nam quoties particula negativa לא, non, additur nomini כל, omnis, toties insinuatur negatio universalis. Fidem adserto faciunt tria hæc loca: Deut. VIII: 9. לא תִחְסַר כָּל־בַּתְּרוּךְ non indigebis omni re in ea, i. e. nulla re indigebis in ea. Psalm. XLIX: 18. סֵבֶל בְּטוֹחוֹ יְקַח הַכְּלָל non auferet in morte sua omnia, i. e. nihil auferet. Dan. XI: 37. וְעַל כָּל־אֱלֹהָה לֹא יְבָנֶה ad omnem DEum non attendit, i. e. ad nullum omnino DEum attendit. Eadem ratio est cum pro לא est נִזְנָן quod idem significat, cujus rei exempla videre licet II. Sam. XII: 3, Hab. II: 19. Quid? quod Scriptores N. T. hujusmodi loquendi formulas passim adhibeant in sensu universaliter negante. Exempla occurunt Luc. I: 37, Eph. IV: 29, V: 5, II. Pet. I: 20, Apoc. XXII: 3. In his omnibus locis nostram regulam certe observavit interpres Svecanus, unde valida est conclusio, nostrum quoque locum eodem modo esse vertendum.

## Locus IV. Luc. XXI: 15,

T. O. Εγώ γάρ δέσμω ὑπὸ τούτων καὶ σοφίαν, ἢ εἰ δυ-

V. S. **T**y jag skal gifwa eder mina och wisdom / ther  
alla the som lättar sig emot eder icke skola funna es-  
motsåga / ej heller emotstå. N. E. **T**y jag skal gif-  
wa eder minn och wisdom / hvilken ingen af dem /  
som ärö emot eder / skal funna emotståga eller emot-  
stå.

### Locus V. Rom. IX: 33.

T. O. **K**aj wäc ö wisedaw iñ aulā, s' karaugordn-  
elau. V. S. **O**ch hvar och en som tror på honom /  
skal icke komma på skam. N. E. **O**ch ingen som  
tror på hononi skal stå med skammen.

### Locus VI. 1. Joh. II: 21.

T. O. **K**aj ön wär phewō öc m̄s aλδειας öx ish.  
V. S. **O**ch at all lögn icke är af sanningene. E. N.  
**O**ch at ingen lögn är af sanningene. Emendationem  
verlionis trium ultimorum locorum eo minus ne-  
cessere fuit seorsim vindicare, quod singulatim satis  
confirmant, quæ ad locum tertium adduximus, ar-  
gumenta.

### Locus VII. Psalm. XVII: 15.

T. O. **א**שכעה ביהקיע חסונך V. S. **J**ag  
vill mått wärda / när jag uppvaknar efter titt belåte.  
E. N. **N**är jag uppvaknar skal jag mått blifwa uts-  
af titt belåte. Hic verbum auxiliare skal rectius  
adhibe-

adhibetur quam wil / quippe quod colorem aliquem ex germanismo trahit. Vox **הַסּוֹנָהָר** melius redditur utas titt belâte quam ester titt belâte / quandoquidem absone foret formula: Jag skal blifva mått ester titt belâte. Nam quod verbum **אֲשֶׁר** regat nomen **הַמּוֹנְתָּךְ** ipsa docet ratio accentuationis. Etenim si hoc nomen a verbo propiori regeretur, accentus conjunctivus esset in **בְּהִקְיָה** & distinctivus in **אֲשֶׁר**, quod tamen contraria se habet ratione. Atque hujus rei ignorantiae tribuendum esse reor, quod interpres Svecanus, & quos sequitur, verum verborum sensum non sint adsecuti. Nec tamen reticendum gravibus argumentum nostrum ab interpunctione petitum, premi videri dubiis a Theologis & Philologis nonnullis magni nominis, in iis Calovio in *Bibl. Illust.* ad hunc locum. Notaverat scilicet Hackspanius B. Gerhardum, qui in *Tom. IX. Locc. Comm.* conjunxerat **בְּהִקְיָה** cum **הַמּוֹנְתָּךְ** ex hoc loco probaturus restitutionem imaginis divinæ in altera vita. Sic enim nostrum versiculum reddit: *Videbo Deum cum factus fuero justus, & satiabor, quando evigilavero in similitudine tua primæva.* Idem autem nobiscum contra sententiam Gerhardi ab accentuum ratione argumentum urget Hackspanius. Quem taxat & refutare duabus in primis rationibus conatur Calovius. Prima est, quod accentus Rebhia non prohibeat, quominus conjungantur verba: evigilare in similitudinem, nam eum non semper distingvere in Psalmis, quod firmat ipsius

3 2 C

ipsius Hackspanii auctoritate & concessis ad Psalm.  
XI: 8. Altera huc redit: si vel maxime distingvat  
hoc loco, tamen esse emphasin & sic verti posse:  
*Satiabor, quando evigilavero.* *E vigilabo autem in si-*  
*militudine iua.* Qualis quidem repetitio nonnunquam  
in scriptura, ut alias sit observatum, necessaria  
est. Verum non defunt, quæ istis reponamus.  
Et ad prius quidem quod adtinet, concedimus ali-  
quando Rebhiam Gæræschatum in metricis servire  
Silluko, verum extra ordinem: notant enim qui  
accuratius, quam ante, doctrinam accentuum He-  
braicorum excoluere, utpote D. Franckius & alii  
post illum, Silluki servum ordinarium in metrica  
interpunctione esse Mercam, non minus quam in  
prosaica. Extraordinarie vero, præter alios accen-  
tus, conjunctionis officio fungi Rebhiam Gæræschata-  
tum. At quod fit extraordinarie, sine ratione non  
præferendum ordinario. Deinde vix ac ne vix  
quidem ullo exemplo doceri potest, Rebhiam in  
tali consecutione, qualis in nostro obtinet hemisti-  
chio, servire seu conjungere; itaque sub talibus  
conditionibus semper distingvit. Quo ipso simul  
ad posterius responsum est. Addo: præter necessi-  
tatem ad emphasin & repetitionem Virum doctum  
confugere. Alia sane hujus ac illorum locorum ra-  
tio, ubi talis repetitio necessaria, quod de nostro  
versu ne verbulo quidem probavit. Gerhardi au-  
tem, Viri de cætero supra nostras laudes positi, au-  
ctoritas & aliorum, qui ipsum vivendo antecesse-  
runt, quorum quosdam pro fe citat Calovius, tan-

ti non est, ut a sententia nostra nos dimovere debeat. Constat enim inter omnes, rei accentuariae Hebræorum post illa tempora, lucem adfusisse longe, quam antea, majorem. Nostram versionem mirifice etiam confirmat consideratio antecedentium. Nam si hunc versum cum proxime præcedenti conferre velimus, facile inveniemus, Davi dem dupli ratione opponere statum fidelium stauti infidelium. Utrisque enim tribuit, genus aliquod felicitatis, quod saturandi verbo exprimit, sed utrumque opponit, 1:mo ratione temporis, infideles pronuntians felices in hac vita, fideles in futura. 2:do Ratione objecti, illorum felicitatem in rebus mundanis, utpote divitiis & voluptatibus, horum vero beatitudinem in contemplatione faciei DEI & saturatione ex ipsius imagine. Quid vero voce imaginis sibi velit, facile exinde colligitur, quod illud ipsum posteriori versus hemistichio imaginem adpellat, quod priori faciem dixerat. Statim dicam quod res est. Utrobius nisi omnia me fallunt, indigitatur Filius DEI dilectissimus. Is enim est facies DEI Exod. XXXIII: 14, 15. Deut. IV: 37. *Qui eum videt, Patrem videt* Joh. XII: 45. XIV: 9. Is est εἰκὼν τῆς γῆς τῆς ἀρχῆς Col. I: 15. Αὐτούς γαρ τὴς δόξης καὶ μεγαληπή τῆς ταυτότητος αὐτῆς splendor glorie & effigies personae ipsius Ebr. 1: 3. Non placent quidem hæc omnibus, imprimis Hackspanio, existimanti imaginem hic de secunda persona seu de Christo exponi non posse, 1:mo, quod nuspian Christus in Veteri Testamento imago Patris dicitur,

tur, 2:do homines in V. Testamento in cognitione Christi confusa adquieverint, nec distinctam habuerint. Sed vel ipso Calvio, loco citato, qui tamen alioquin sententiam Gerhardi amplectitur, judice, aliena sunt Hackspanii hæc a vero, nec inconveniens est querere in V. T. Christum ut imaginem DEI, nisi illis, qui denegant distinctam Christi cognitionem in V. T. *Illiud* vel per ea, quæ supra allata sunt, falsum deprehenditur. Quid enim facies DEI cit. Exod. XXXIII: 14, 15. Et. LXIII: 9. ubi de persona sermo citra controversiam est, aliud innuit, quam imaginem DEI Patris expressissimam, Filium ejus? Quid *Angelus ille, in quo est nomen Iehove* Exod. XXIII: 20, 21. de quo Rabbi Bechai ex antiquitate Hebraica, omnia summa prædicata affert, quæ in solum Filium DEI quadrant & quibus ab angelis creatis infinite distat. Nec *hoc*, seu altera a docto Viro adducta ratio firmitior stat talo, quod luculentissime & fusus, si id nunc ageretur, ostendi posset. Sufficit monuisse, quod licet pii Messiani, liceat hac voce uti, Veteris Testamenti non pervenerint ad eum gradum distinctæ de Christo cognitionis, qui per divinam sapientiam reservatus est Novo Testamento, minime tamen adquieverint in confusa ejus notitia. Hanc in rem quid clarius Petri Act. XV: 11. credentis semet & sui temporis fideles salvari per gratiam Domini Iesu Christi NB. καὶ ὡς τέγμα κακοῖς, h. e. Veteris Testimenti fideles? An Petrus & sui temporis conversi adquieverunt in cognitio-

ne Christi confusa? Ergo nec Veteris Testamenti Veri DEI Filii. Quos præterea non Sacrae modo paginæ, sed innumera etiam ultimæ antiquitatis Hebraicæ testimonia evincunt scivisse, quod Messias futurus esset DEus & homo, Patri ~~ius~~ seu ejusdem cum eo essentiæ, vel, ut verbis Bechai, quæ ille ex Cabbala & Tanchuma hausit, rem eloquar, non esset ex numero creatorum, existentium extra essentiam DEI, sed ex emanationibus, quæ intra DEI essentiam subsistunt, is dilectus, per quem Pater cognoscendum se præberet in mundo (quod confer cum Joh. I: 18.) cum quo & unitus sit indivisa unitate, per quem mundus gubernetur, qui habeat potestatem remittendi peccata (Marc. II: 7, 10.) &c. An hæc & similia longe plurima, ad cognitionem Messiæ confusam retuleris?

Quod si vero putaverit quis, hæc nondum sufficere ad convincendum voces: *faciem & imaginem* restringendas esse ad Filium DEI, malitque totam Sacro Sanctam triada ac ejus visionem beatificam hoc loco significari, sicut exponunt multi solide eruditæ interpretes, non multum repugnabimus, modo concedatur nec nostram interpretationem verosimilitudine sua destitui, nec quidquam habere, quod analogiæ fidei repugnet.